*patron. dec.*156.*à n.*58.*cum ſeqq.*& pluribus aliis Docto-
173 ribus diximus *infrà c. ſeqq.* Et eſt ratio, quia præſen-
tatus debet prius examinari ab ordinario, antequam
inſtituatur, ad finem videndi, ſi eſt idoneus, ſecundùm
Panor. *in c. paſtor. nu.*7. *de jur.patron.* Anchar. *in c. jus
capti. n.*2. *de præbend.in* 6. Rebuff. *q.*10. *n.*15. Riccius
*ubi proximè num.*6. quando autem præſentatio facta de
abſente ſuſtineatur, vide latiſſimè per Nicol. Garc. *de
benef.* 4.*p. c.*1. *à n.*15. *cum ſeqq.*
174 Qui *n.*6. ex hoc infert quòd aliter facta præſentatio,
quam modo prædicto, ultra quod erit nulla, patrono
etiam currit tempus, Innoc. *in c.in Lateran. in ult. not.
de præben.*Monal.*conſ.*149. *n.*3.*& ſeqq. vol.fi.*Rub.Alex.
*conſ.*93. & hæc opinio ſcilicet; quod præſentatio fieri
debeat perſonaliter, corroboratur ex decreto Trident.
*ſeſſ.*24. *c.*18. *de reform. &* 25. *c.*9. quonam modo ſu-
ſtineatur praxis hodierna, quod admittitur abſens præ-
ſentatus à patrono, & quando, vide, quod latius expli-
cat Nicol. Garcia *ubi proximè.*
175 Et ob hanc doctrinam præſentatio facta de clerico
abſente erit nulla, ut tenet Ricc. *ubi ſuprà*, & iterum
*in dec.*158. *per totam*, vide tamen Nicol. Garciam *locis
proximè citatis.*
176 Unum tandem te adverto, quod non omnia con-
tenta *in d. c.*18. *ſeſſ.*24.*de reform.*diſponente circa pro-
viſionem Parochialium, dantéque formam ſervandam
cum decreto irritante formam inducere, ita ut ſi non
177 adhibeant annullent proviſionem, ut videre eſt in
deputatione vicarii, ſeu œconomi ad vacantem Paro-
chialem, ſecundùm latè tradita per Garciam *de benef.
p.*9. *c.*2. *n.*19.*&* 20. & quod de edito cum majori ter-
mino appoſito (de quo nos ſuprà & per eundem ibi
*num.*46.) item quòd eligatur magis dignus, licèt ipſe
omittatur, non peccat in forma, & ſic nullam non
reddi proviſionem, cùm ſit ei per remedium appella-
tionis à motu proprio Pii V. in conferendis proviſum,
probat latè ipſe Garcia *ibi n.*235. *cum ſeqq.*
178 Nunc de nullitatibus, quæ accidunt in proviſione
ſimpliciorum beneficiorum, tractemus, ex quibus facilè
colligetur, quando appellationi ſit omnino deferen-
dum; & in primis dico; quòd in beneficiis quæ ſunt
non liberæ collationis, ſed juris patronatus, ſive ſim-
179 plicia ſint, ſive curata: edicta præcisè & neceſſariò
debent præcedere inſtitutionem faciendam, alias ipſa
nulla redditur ipſo jure juxta text,*in c.fi.de electio.lib.*6.
qui procedit etiam in inſtitutione, ut poſt Doctores ibi
tenent Lap. *alleg.*8. *n.*4. & ejus addit Mandoſ.*liter. V.*
Rochus de Curt. *de jur. patro. verb. honorificum*, *q.*2.
*n.*4.*& q.*38. *n.*69. Lambert. communem dicens 2.*p.*2.*l.
q.*6. *art.*2.4. 12.*&* 16. Hier.Gabriel. *conſ.*199.*n.*2.*lib.*1.
Flores de Men. *q.*3.*n.*55. Aymon. *conſ.*63.*n.*2. Perez de
Lar. *de ann. & Capell. lib.*2. *nu.*10. *n.*32. *&* 39.*&* 40.
Creſcent. *dec. fin.de jur.patr.* Caputaq.*dec.*37.*p.*2.Cort.
*dec.*387. *in miſcellaneis manuſcr.* Puteus *dec.*484. Ricc.
*in prax. Eccleſ. jur. pat. deciſ.*160. *per tot.* vide quæ nos
ſuprà *num.*49.
180 Nam aliàs proviſionem nullam eſſe ipſo jure, plu-
declaraſſe Rotam, teſtatur ipſe, & debet in edicto ter-
minus competens aſſignari, & peremptorius, ut *in d.
c. fin.* ubi Doctores & Lamberti. *ubi proximè art.*21.
Perez de Lara *num.*44. & quòd ſuperius diximus, &
ita non eſſe de forma proviſionis Parochialium ex de-
creto Trident. *ſeſſ.*24. *de reform. c.*18. procedit in be-
neficiis liberæ collationis, at hæc concluſio procedit in
beneficiis quæ ſunt juris patron. juxta ea quæ nos ſuprà
d. *num.*49.
181 Et in tantum, quòd quando ſunt alii patroni certi,
non ſufficit citatio generalis per edictum, ſed debent
nominatim, & ſpecialiter citari; aliàs inſtitutio eſt nul-
la ipſo jure, ut per idem *c.fin.* & doctores ibi dixerunt
Perez de Lar.*ubi ſuprà n.*42.*&* 43. quem ſequitur Nic.
Garc. *de benef.*2. *tom.*9.*p.c* 4.*n.*8. ubi refert aliquas Ro-
tæ deciſiones. Idem etiam affirmat Lambert.*de jur. pa-
tron. lib.*2. *p.*2. *q.*6. *art.*11. *&* 12. Secus autem in cæte-
ris beneficiis merè collativis,& in collatione eorum,in 182
quibus nulla requiritur citatio, aut vocatio, etiam per
edictum gloſſ. *in d. fi. de elect. in* 6.*verb.obſervari.* Phil.
Franc. *in c. conſtitutis* 2. *nu.*12. *de appell.* Prob.*ad Mo-
nach. in c.licet Epiſcop. de præben.in* 6. *nu.*2. Sarner. *in
reg. de infirm. qu.*18. Rot. *dec.*309. *num.*2. *p.*2. *diverſ.*
Flores de Men. *pract. quæſt.*3. *à num.*54. vide quæ nos
ſurſum *numero* 49. *ſeqq.* ubi limitavimus hanc doctri-
nam.
Unum tamen nota, quòd licèt hoc caſu proviſio, & 183
inſtitutio ſit nulla ipſo jure non tamen ipſa præſenta-
tio, ut benè probat Aloyſ. Ricc.*in prax. Eccleſiaſt.juris
patron. dec.*160. *per totam.*
Pariter ratio appellandi in promptu eſſe dicetur,de- 184
ficiéte forma aſſignata in beneficiis ſimplicibus à Conc.
Trid. *ſeſſ.*7. *de reform. c.*13. dum ait: Præſentati ſeu
electi, vel nominati à quibuſvis Eccleſiaſticis perſonis,
etiam Sedis Apoſtolicæ nuntiis ad quævis Eccleſiaſti-
ca beneficia non inſtituantur, nec confirmentur; nec
admittantur etiam prætextu cujuſvis privilegii, ſeu
conſuetudinis, etiam ad immemoriali tempore præ-
ſcriptæ niſi fuerint priùs à locorum ordinariis exami-
nati, idonei reperti, & nullus appellationis remedio 185
ſe tueri poſſit,quo minus examen ſubire tenetur: præ- 186
ſentatis tamen electis ſeu nominatis ab univerſitatibus,
ſeu collegiis generalium ſtudiorum exceptis, qui text.
loquitur duntaxat (ut vide) in electis, ſeu præſenta-
tis, aut nominatis ab Eccleſiaſticis perſonis ad ſimpli-
cia beneficia quibus aſſignatur forma, ponderatis ver-
bis, *ibi*, niſi fuerint prius à locorum ordinariis exami-
nati, *&c.* quia cùm detur ordo formam inducit, qua
non ſervata, proviſio nulla eſt Felin. *in c. cum dilecta* 187
*de reſcript. num.*6. *verſic. ſextum ſignum.* Brun. *in trac-
tatu de form. tit. quatenus cenſeatur datum aliquid pro
forma,fol.*4.*concl.*15.Chaquer.*dec.Pedem.*165.*n.*14.cum
Nivizan. *conſ.*87. *nu.*3. Mandoſ. *regul.*24. *qu.*3. *nu-* 188
mero 9.& latè de hoc articulo quòd examen hoc requi-
ratur pro forma etiam in benefic. ſimplicibus patrona-
tus mixti. vide Nicol. Garc. *de benef.* 9. *p. c.*3. *à princ.*
præcipuè *à n.*5. Ricc. *in pract.Eccleſ.concurſus ad Ec-* 189
*cleſiam Paroch. dec.*415. *per totam*,ubi Rotæ deciſionem
refert, & quod etiam quilibet notoriè idoneus non ex-
cuſetur, *ibi n.*15.& quòd præpoſteratio inducat nullita-
tem,& appellationem permittat, vidè latè Card.Tuſc. 190
*lit. P. in pract.concluſ.*519. *fol.*368. *tom.*6. & attende d.
Trid. decretum, *ad fin.* ut appellatio non obſtet, quo-
minus hujuſmodi examen ſubire teneantur; hoc eſt,
ad differentiam *cap.*19. *ſeſſ.*24.*de reform.* de quo ſuprà,
quod loquitur in Parochialibus, ubi requiritur hoc
examen, & approbationem per concurſum fieri, at
hic in ſimplicibus ſimplex examinatio, & approbatio
abſque eo.
Et ex his inferre etiam poteris ad proviſionem Ca- 191
nonicatuum Doctoralis, & Magiſtralis per concurſum,
publicumque examen faciendam, in qua quidem mul-
ta requiruntur, pro forma ſervari, juxta tenorem mo-
tus proprii Leonis X. & Bullæ Sixti IV. quas referunt
Gonz. *in regul. de men. gl.*9. §.2. *à num.*4.Nicol.Garc.
de benefic. 5.*p. c.*4. *num.*169. inter quæ eſt præſtatio
juramenti corporaliter tactis evangeliis facienda ab ele-
ctoribus, & quòd vota præſtentur ſecretò, quam- 192
vis in aliis Capitularibus de jure hæc forma non re-
quiratur, ſed palam poteſt fieri, & per ſcrutinium,
de quibus hinc inde plurima adducens optimè & per
eundem Garciam *ubi proximè à num.*169. *uſque ad fin.*
ubi etiam an Capitularis,qui non adfuit lectionibus, 193
& actibus oppoſitorum, poſſit vocare, & ſit nulla pro-
viſio, & an & quando poſſit quis votare per Procura-
torem, & an procurator poſſit jurementum præfatum
præſtare, & aliàs plurimas quæſtiones contingentes,
ex

ex quibus redditur nulla horum Canonicatuum elec-
tio, latè optiméque examinat, ad quem occurre,
quoties te neceſſitas compulerit. Sufficiet tamen dice-
re, ut in omnibus his caſibus, quibus nullitas electio-
nis appareat, vim fieri, & reponi, non deferendo in-
terjectæ appellationi à Capitulo eligente; declarandum
in ſupremis tribunalibus, aditis per viam violentiæ, &
194 de forma tradita à jure, cæteris electionibus, cujus
omiſſio nullam eam reddit; confuge ad integros titulos
in decretalibus, & in 6. *de electione*, & peculiares etiam
tractatus, quòd mei non eſt.
195 Alia etiam multa, quæ ad proviſionem beneficio-
rum tam curatorum, quàm ſimplicium, quatenus no-
ſtrum attingunt inſtitutum, appoſuimus *ſuprà* 2.*p.c.*13.
à princ. & etiam in diſcurſu operis; hîc autem ea tan-
tùm ſcribuntur & adnotantur, quæ ob ſolemnitatis de-
fectum, & formæ omiſſionem, nullas reddunt provi-
ſiones, eaſque faciunt appellabiles.
196 Et non ſolùm omiſſio formæ oppoſitæ in proviſione
beneficiorum ſimplicium & curam animarum haben-
tium (de quibus hactenus) ipſam reddunt nullam, irri-
tam, & inanem, & per conſequens appellabilem,etiamſi
ſui natura attenta appellationem non admittat, ſed
alio ex capite etiam poteſt argui nulla, nam cùm du-
plici modo in beneficiorum proviſione procedatur,
alia extrajudicialiter, alio judicialiter; diximus latè
ſuprà *p.*2. *c.*13. per totum & ibidem latè etiamſi in Pa-
rochialibus procedi contigerit judicio formato, à ſen-
tentia appellationi non eſſe deferendum in ſimplicibus
ſecus ſit, quapropter quando judicialiter procedatur
etiam in curatis, ſi aliqua nullitas attingens proceſſum,
& formam judicii, notoriè ſcilicet per inſpectionem
actorum appareat quæ ſententiam, ſeu actum nullum
reddat quantumvis hoc uſque dicta forma ſervaretur,
197 appellationi omnino eſſe utique deferendum ſive (ut
diximus) in ſimplicibus, ſive in curatis, cum omnis diſ-
poſitio de mundo, de actu loquens, neceſſariò de actu
valido intelligenda eſt, juxta ea quæ latiùs adduximus
ſuperiùs à principio hujus capituli.
198 Et in ſimilibus terminis facit quod de Bulla Pii V.
dicitur, diſponens, quòd ſententia tranſacta in rem ju-
dicatam mittatur executioni, niſi ſit nulla ex defectu
citationis, juriſdictionis, aut mandati, quia nihilo-
minus ſi contineat ex alio capite nullitatem puta, de-
fectum terminorum ſubſtantialium, intelligitur etiam
denegata executio, quamvis limitatè de illis tribus fuit
locata duntaxat, ut per Caſſiad. *dec.*8. *de reſcript.* Rot.
*dec.*2.*num.*11.*& ſeqq. eodem tit.in novis*, Peregr.*dec.*24.
*lib.*1. Mareſc. *variar.reſolut.l.*1.*c.*87.*n.*31. *&* 32.nam li-
199 cèt ex omiſſione terminorum, & aliorum ſubſtantia-
lium non oriatur nullitas expreſsè comprehenſa in d.
Bull. Pontific. tamen ad impediendam executionem
200 ſufficit, quòd aliquid amittatur de ſubſtantia judicii.
Æguid. *dec.*27. & Caſſiad. *dec.*2.*de jud.* Mareſc.*ubi pro-
ximè num.*32. ubi dicit etiam, quòd Bullæ non tollunt
nullitatem actuum provenientium ex forma (aliàs de
jure requiſita) non ſervata, juxta *c. cum dilecta, de reſ-
cript.* Felin. *in c. quoniam, contra colum.*5. *verſ. ſi tamen
conſtitutum*, & ita declarando bullam prædictam te-
nuiſſe Rot. in una Roman. Salvia interdic.6. Novemb.
1598. coram Orato teſtatur Mareſc. *ubi proximè d.c.*87.
ſub num. 32.
201 Nam etſi aliquod ſtatutum diſponat, aliquam ſen-
tentiam eſſe executioni mandandam, non obſtante ap-
pellatione, vel quolibet alio ſtatuto, quia ſi opponatur
nullitas reſultans ex inobſervantia formæ alterius ſta-
tuti, talis nullitas, cùm non cenſeatur excluſa, impe-
dit executionem ipſius ſententiæ, Joan. Andr. Paul.
Caſtr. & alii tenent citati & ſequuti à Ripa *in l.* 4. §.
*condemnatum, ff. de re judic. n.*13. Lancel. Rober. *de at-
tent.*2. *c.*17.*nu.*50. & ideò dicit eleganter Philip. Franc.
*in c. dilecto num.*131. *verſ. quartò limit. etiam de appell.*
quòd forma tradita in procedendo ad ſententiam, ſeu
alios actus, prout citationes, & alias ſolemnitates pro-
ceſſus in aliquo ſtatuto, ſeu diſpoſitione non intelligi-
tur ſublata nullitas proveniens ex capite alterius ſta-
tuti, & per aliud ſtatutum concedens executionem
ſententiæ non obſtante quolibet alio ſtatuto, quoniam
nihilominus ſi ſententia reperitur lata, ſeu alia acta
facta abſque ſolemnitate, & forma prioris ſtatuti; exe-
cutioni non eſt mandanda, cùm non ſit veriſimile, nec
credendum, hujuſmodi ſolemnitates voluiſſe exclude-
re, arg. *l. ad ea ff. de condit. & demonſt.* pro quo etiam
gl. & DD. *in c. item eum qui,de reſtitutione ſpolia.* Bar.*in
l.*1.§. *parvi, ff. quod vi aut clam.* probant, & docent 202
Decius *conſ.*195. incipit *ſtudendo brevitati*, ubi adducit
varia conſilia Joan.Andr. *in addit. ad Specul.tit.de ſent.
execut.*§. *poſtrem. in addit. in verbo*, §. *ſeqq.* Paul. Caſtr.
in l. 4. §.*condemnatum. ff. de re jud.* ſequitur hoc idem
Ant.de But.Immol.& Felin. *in c. ex parte* 2. *de off.deleg.*
quos referens ſequitur Franc.Rip. *in d.*§. *condemnatum*,
*num.*13. & ideò licèt Concilium Trid. *d.c.*18. *ſeſſ.*24.*de
reform.* dicat non obſtante appellatione, eſſe mandan- 203
dam executioni proviſionem Parochialis Eccleſiæ, &
licèt quando proceditur in aliis ſimplicibus extrajudi-
cialiter, nihilominus quoties in omnibus procedatur
judicialiter, etſi ſolemnitates judicii ſerventur, nulla
redditur ſententia & proviſio, ut & nos diximus *ſuprà
in d.*2.*p.c.*13.
Quod & ulterius fulcitur, nam diſpoſitio, & pri- 204
vilegium, etiam quod ſui natura ampliari debet, nun-
quam tamen ita ejus eſt facienda interpretatio, ut in-
cludet plures ſpecialitates; ita notabiliter docet Bald.
*in l.fi.*1. *lect.in verſ.& nota, quod beneficium ſic eſt inter-
pretandum*,arg.*l. ſi quando C.de in officioſ.teſtam.* quare 205
ſi conceditur inhabili facultas teſtandi, non tamen
ideò ei cenſetur conceſſum, ut omittat ſolemnitates
juris; quia eſſent duo ſpecialiter *ex d.l. ſi quando*: quam
doctrinam *ad l.penult. ff. de conſtit. Princip.* reddit & ſe-
quitur Iſſ. *ibi n.*3. Natta *conſ.*363.*ſtante n.*9.inter conſi-
lia Sylvani & ſub ejus nomine, *conſ.* 100. *ſtante Mar-
chionali,n.*70.Decius *conſ.*28.*n.*20. Joan.Gutier. *pract.q.
civi. lib.*4.*q.*11.*nu.*36.*tom.*3. ergo licèt Concilium Trid.
noviter inducat privilegium executionis ſententiæ in
curatis, ita debet interpretari, ut ſerventur neceſſariæ
ſolemnitates, & validæ in eadem ſententia à jure requi-
ſitæ, ne duæ ſpecialitates concurrant, juxta *Cod. de
dot.promiſſ.*
Hinc ex variis cauſarum figuris in proceſſibus,aliiſ- 206
ve actibus judicii nulla reddi poteſt ſententia, ſiqui-
dem in caſibus, ubi neceſſaria eſt citatio, illa non adhi-
bita nullum redditur judicium, *c. abſens, c. abſentiæ, c.
caveant, c.omnia* 3.*q.*9.*c.*1.*de cauſa poſſ. & propriet.c. in-
ter quatuor de major. & obed. l. ea quæ*, *C. quomodo &
quando jud.l. de unoquoque, ff.de re jud.* Bald.*in l.*1.*col.*1.
C.quomodo & quando jud. Felin.*in c.ex p.*2.*col.*3. Bald.*in
l.*1.*de off.deleg.* Dec.*conſ.*63.*viſo puncto,col.pen.l.*4.Rom.
*ſingul.*674.Anchar.*conſ.*167.latè DD.*in l.fi.Cod.de reſtit.*
Afflict. *dec.Neap.cap.*307. latè Felin. *in c.cum olim.col.*9.
de re jud. Lanfran. *in clem. ſæpe in verſ. omiſſa citatio. de
verb. ſignif.* exactiſſimè multa in propoſitum cumulans
Vantius *de nulli.ſent.ex def.citat.per totum*, & alibi paſ-
ſim, quod vulgare eſt.
Illud tamen notabile, quòd licèt proceſſerit citatio 207
in cauſa, tamen ex mutatione perſonarnm, ſive judi-
cis, ſive partis, nova citatio decernenda eſt, ut in judi-
cis, ſive partis, nova citatio decernenda eſt, ut in judi-
ce remoto, & in ejus locum alius ſubrogetur, vel ipſe
aliquem delegaverit ad ſententiam pronuntiandam,
nova requiritur citatio; emanata à ſubrogato, ſeu
ſucceſſore, licèt jam proceſſerit, tenent gl. *in l. con-
ſentaneum verb. à quo C. quomodo & quando judex*, *ubi*
Bart. *n.*11. Bald. *n.*7. Salicet. *n.*5. Felin. *in c.quia V.n.*4.
de judiciis in fin. cum aliis adductis per Ant. Gabriel.
tit.de citatio. concluſ. 1. *num.* 114. quod declara ut per
Hieronym.

Hieron.Gonz. in regul.de men.gl.9.in anno n.134.& ſeq.
& per Puteum dec.348.n.1.& 2.& l.1.Mareſc.poſt alios
var.reſol.lib.1.c.31.à n.5. & 6. & nos in optimo caſu 4.
p.c.1.n.47. & iterum ead.p.c.5.à n.8.
208 Et loquendo in receptoribus ad probationes reci-
piendas, quæ cùm fieri non poſſint niſi citato adverſa-
rio: tamen quando eſſet mutatus judex, ſeu commiſſa-
rius, aut ſubdelegatus, ut ab eo requiratur nova citatio,
nec ſufficiat prima pro toto termino probatorio, Felin.
in d. c. quia V. ſub n.4. in fi. de jud. Paul. Caſtren. in l.
edictum, 55.n.2.de judiciis, multi citati ab Ant. Gabr.
ubi proximè.
209 Et in mutatione litigantis,ut ſi is moriatur, nova ſit
expedienda citatio (quam certa en ſeguimiento dicimus)
cum relatione ſtatus cauſæ, aliàs proceſſus, & ſententia
erit nulla, tanquam abſque citatione lata, probat text.
in l. in oratione, ff.de feriis, latè Peregrin. in tractatu de
fideicomm.art.53.num.30. Mart. in tractatu de juris.4.p.
centuria 1.caſ.53. nu.11. Valaſc. in conſult.1.tom.conſult.
38. per totam, quam doctrinam nota, quoniam pauci
ea, ut quæ incognita, utuntur.
210 Sed ego vidi in hoc tribunali annullatam ſenten-
tiam per idem latam, contra ſucceſſorem eo non citato
de novo, licèt fuerit defunctus,cum quo lis cœpta erat,
citatus, & ſic nova citatio expediri juſſum fuit (quam
certa en ſeguimiento practici dicunt) informante chariſſi-
mo, doctiſſimoque, & ſtudioſo magnique ingenii Do-
mino Garcia Lopez Salgado de Sotelo fratre meo,
hanc doctrinam adducente.
211 Item inſanabilis defectus & nullitas illa reputatur
quæ ex defectu juriſdictionis provenit, tam delegatæ,
quàm ordinariæ, de cujus natura, & qualitate plures,
variaſque doctrinas in genere, & in ſpecie) ut infinitos
taceam) eſt videndus Vantius de milit. ſent. ex defectu
juriſd. ordinariæ & in tit.de nullit. ſent. ex defectu juriſd.
212 deleg. Redditur etiam nulla ex defectu mandati, ſeu
legitimationis perſonarum, circa quem articulum va-
rias cumulat quæſtiones ipſe Vant. in eodem tractatu tit.
de nullit. ex defectu in inhabilitatis, ſeu mandati compa-
rentium, & unde ac quibus modis regulariter proven.per
213 plus 176 numeros ac eod.tract. in tit.de nullit. ex defe-
fectu proceſſus,ac ſolemnitatis & formæ ipſius ſententiæ,ubi
multa practicabilia, & frequentia, utiliaque adducit,
per 142. numeros, & ultra eum multæ nullitatis anno-
tationes ad proceſſum, & cauſam beneficialem viden-
dæ ſunt per Hier.Gonz.in regul.de menſ.& altern.gloſ.9.
in annot. contra nullit. attent. in cauſis benef. à num. 48.
uſque ad fin.
214 Pariter ſententia eſt ipſo jure nulla, ſi fuit lata in
tam brevi tempore, & cum tanta feſtinatione, quòd
acta veriſimiliter non potuerunt videri, Iſſ. in l. judices
num.2. C.de judiciis. Feder. Senerius in tract. de ſentent.
à num.3. Alexand. conſil.123. num.24. lib.4. optimè &
ratè Vantius de nullis. c. penult. num. 32. & 33. exactè
Ant. Gabr. titul. de ſentent. concl.6. num.5. & 6. Achil.
dec.2. num.4. de filiis presbyt. Put. dec.344. lib.1. Avil.
215 in prætor. c.5. gloſſ. verbo trabaje num.8. & 9. qui poſt
Gemin. & Domin. invehit adverſus judices ita præci-
pitanter determinantes, de quibus præſumitur non ad-
hibuiſſe cauſæ cognitionem, & facit illud Apoſt.Epiſt.1.
ad Timoth. c.5. Nemini cito manus imponas, c.1. 24.
d.c.fin.de elect.lib.6.
216 Egimus hactenus de appellatione deferenda ab actu,
proceſſu, ſententia, proviſione beneficiorum nulliter
notoriè apparentibus, ex defectu formæ, ſeu ordinis
interpoſita, cùm ratio appellandi ſit in promptu, etiam
in judiciis aliàs ſui natura inappellabilibus: nunc vi-
dendum eſt verſa vice de appellatione interjecta (nul-
liter tamen) ab eiſdem actibus, ſui natura aliàs appel-
labilibus. Et illud pro concluſione propono, ut appel-
lationi minùs ſolemniter minuſque legitimè & ex de-
fectu formæ, vel aliàs nulliter interjectæ, etiam à ſen-
tentia, ſeu actu appellationem permittente, quoad
utrumque effectum; judex non deferens, vim non fa-
ciet; ſed licitè ad ſententiæ executionem poterit deve-
nire; ita notat Philip.Franc. in c.ut debitus honor.n.47.
de appell. Guid.Papæ dec.213.ſtatuta n.6.idem dec.436.
in tit. de appell.n.21. & idem in conſ.124.circa materiam
n.3. verſ. ad ſecundum & in tr.de appell.q.12.n.18.Joan.
Monach. in c.cupientes, §. viginti de electione in 6.Vital.
in tr.de clauſul. in clau. nihil nova.app.pend.n.4.Vantius
de nullit.ſent. quando & intra quæ tempor.n.48.& in tit.
de nullit. ex defectu jur.ord.nu.142. Baldus conſil.367.ad
evidentiam.in prin.l.1.Steph.Aufr.in dec.ad Capel.Tholoſ.
fin. circa med. Socin. conſ.45.veſa, ſub n.13.verſ.8.dubit.
lib.1. Natta conſ.606. approbo n.3.lib.3. Pariſ. conſ.108.
de bono jur. n.26.lib.1. Rot.dec.30. aliàs 190.quoad re-
vocationem de app.in novis. Portoles Immol. in conſ.172.
poſterioris n. 4.
Quod quidem accidere poteſt, vel quia ſit interpo- 217
ſita à non legitima perſona, vel non debito, & aſſigna-
to termioo: vel quia non eſt interpoſita coram judice,
qui pronuntiavit: vel quia non fuit expreſſa legitima
qualitas ſententiæ, & perſonæ appellantis: vel quia
non fuit pura, ſed conditionalis, vel non fuerunt legi-
timè petiti Apoſtoli: vel quia fuit appellatio generalis,
ad omnes judices: vel interjecta ad inferiorem: vel
tandem quando in aliquo fuit omiſſa forma juris, vel
ſtatuti loci, reſpectu judicis ad quem,quas cùm ſingulas
nullitatis cauſas accuratè, latè, & eleganter examinat
& diſcutit Lancelot. Robert. tract. de attent. 2.p. c.12.
limi.50. per totam, meritò hîc omitto; proſequitur am-
pliſſimè Sigiſmund.Scaccia tract.de appell.in locis citatis
infrà n.228.
Et non illud, etenim non ſolùm his modis dicitur 218
nulla ut ei deferendum non ſit, verùm quando tacitè,
vel expreſsè pars appellationi propoſitæ, aut proponen-
dæ renuntiavit, tacitè ſi intra terminum à jure non
provocaverit gravatus, qui regulariter currit à die 219
ſententiæ; & de momento ad momentum, ut per Ni-
colaum Milium in verbo appellatio debet, fol.11. elegans
deciſio Capell. Tholoſ. 101. & per Franc. in c. ex ra-
tione à nu.2.cum ſeqq.de app. & in c. bonæ memoriæ n.19.
eod.tit. de communi teſtatur Alexand. ſeu potiùs conſi-
lium Patavium inter conſilia Alexand. 87. incipit, nos
Doctores, n.11.lib.6. Minſinger. ſingul.obſerv.centuria 2.
dec.2. incipit decem dies, Doctores in auth.hodie.C.de app.
& in c. biduum 2.q.6. Pariſ. in add.ad Bar. in d.auth.ho-
die, hoc latè proſequens, multi relati à Joan.de Anania
in conſ.93.viſo proceſſu, col.penult. verſ. venio nunc ad in-
veſtigandum. Tiraq.de utroque retract.§.1.gl.11.num.20.
Rot. dec.30. aliàs 190.quoad revocationem de app.in no-
vis, & dec.2. aliàs 135. ſufficit de conceſſ. præb. in antiq.
Mill.in verb.attent.poſt.appoſ.pet.verſ.16.fol 30.Specul. 220
in tit.de app. §. de off.col. ff.verſ. idem quæritur. Franc. in
c.1.nu.11. de app. ab initio ſunt utiles dies termini, &
quoad progreſſum continui, ſecundùm gl. in c.concerta-
tio in verb.ſuccurrit de app.in 6. notat.per gl.& DD.om-
nes in c.biduum, 2.q. & in l.§.biduum,ff. quando appell.
ſit. Felin.in c.quoad conſultationem nu.37.de re jud. Rot.
dec.2. aliàs 49.ſi feratur in princ.de dolo & contum.in no-
vis, & dec. 46. aliàs 500. ſi feratur de app. in antiq. &
quòd ultra tempus propoſita ſit nulla, gl. in l.præſes, ff.
de reg.jur. Franc. in pract.de compr.q.4.nu.89. Minſing.
ſingul.obſerv.cent.3.dec.15. incipit circa appell.
Quæ doctrina non ſolùm procedit in appellatione, 221
& in appellationis ratificatione, quæ intra dictum ter-
minum fieri debet, Nicol.Mill. in repert.verb.ratificatio
verſ. 2. fol. 338. Guid. Papæ in conſ. 124. circa mate-
riam ſub num.7. verſ. ad ſextum & poſt alios in tract. de
appell.quæſt.76. Socin conſ.45.viſa appellatione ſub n.10.
lib.1. & facit regul. l. bonorum, ff. rem ratam haberi, &
quæ inde cumulat Tiraq. in tract. de utroque retract. §.
ſi verò gloſſ.10. n.85. Corneus conſ.292. viſis col.2. lib.3.
Lanc.

Lancel. de att.2.p.c.12.lim.50.nu.53. & ſeqq. ubi etiam
à n.50. idem extendit ad additionem.
222 Currunt tamen hi dies à tempore ſcientiæ, & no-
titiæ, Rot.dec.22.aliàs 137.appellatus de appell.in novis.
Capic. dec.139. per totam. Lanfr.deciſ.135.quod etiam
223 procedit, ut currat terminus etiam domino à die no-
titiæ procuratoris, cum quo judicium actum fuit, ut
ipſi dicunt, quando ſcilicet Procurator non eſt ſolven-
do,ut per Afflictum dec.345.fuit dubitatum n.4.faciunt
tradita à Nic.Mill. in reper. verb.app.debet, fol.11. Rot.
dec.16. aliàs 364. cum jura,de dolo & contum. in novis,
& dec. 46. aliàs 499. nota ſi feratur, de appell. in antiq.
de quo vide latè per Lancel. 2.p.c.11. à n. 9. cum ſeqq.
224 vide infrà num.228. remiſſivè, quia ignorans ſemper
dicitur eſſe intra terminum ad appellandum,ut declarat
Bald. in cap. venientes num. 2. de jur. jur. Lancelot. de
attent. 2. p. c.12. limit.50. ubi per ſequentes, quando
& quomodo facienda condemnato ſententiæ inti-
matio.
225 Unum eſt ſcire, quòd quando non eſt facta legitimè
intimatio ſententiæ, licèt quouſque ad ejus notitiam
non perveniat ejus tenor, ſemper reperiatur intra ter-
minum, & poteſt appellare quandocumque intra de-
cem dies à tempore ſententiæ computandos, & licèt
geſta intra decem dierum à tempore latæ ſententiæ
attentata ſint ex ſupradictis Doctoribus, tamen geſta
per judicem, vel executorem poſt dictos decem dies, à
tempore latæ ſententiæ non revocabuntur remedio
attentatorum, ſed beneficio juſtitiæ, ſeu potiùs injuſti-
tiæ, & ſic ut ita geſta, nec ſint nulla ipſo jure, probant
Rot. dec.18. incipit licèt fictè contumax,de app.in novis,
aliàs 187. Mill. in repert. in verb. attenta app. tempore
fol.29. Lanc. de attent.2.part. c.11.num.13. ubi allegat
Modernum in praxi Romanæ Curiæ lib.8.c.4. ut lite pen-
dente, de attent. ſub num.9.verſ. generaliter verò, idem
226 etiam tenet Bertach. in repert. verbo app.quando n.20.
ad prin. allegans dictam Rotæ deciſionem & ſic de
tacita appellationis renuntiatione juxta text. in l. 1. C.
ſi ſæpius in integ.reſtit.poſt. ibi, appellare enim debuiſtis,
ſi vobis ſententia diſplicebat: cùm generale verum ſiti
227 in jure,ut qui terminum ſibi ad aliquid præfixum,labi
permittit, cenſetur renuntiare, & non poteſt nec agen-
do, nec excipiendo audiri, ut loquens de præfinitione
termini ad docendum de nullitate, tradit Cephal. con-
ſil.201. incipit, exiſtimo,n.4.l.2.& conſ.202.num.18. eod.
lib.2. Lancel.2.p.c.20.lim.19.n.2. Veſtrius in prax.Rom.
cur.l.8.c.3.ſub n.17. Puteus dec.7. ſub rubr.de reſtitut.in
integr. Corneus conſ. 111. licèt videamus l. 1. faciunt
Caſſiad. dec.4. in attent. nu.5.de dilatio. & idem Veſtri.
in prax.d.l.8.c.4.nu.21. & Moder. in annot. ad Æguid.
n.108. & n.154. Cottan. dec. 100. qui profitentur hoc
caſu termino præfixo tranſacto poſſe ad executionem
deveniri.
228 De omnibus ſupradictis, & aliis pluribus difficulta-
tibus, an & quando poſt decem dies liceat appellare
per ampliationes, & limitationes, latiſſimè ac etiam
doctè per Sigiſmund.Scac. tr.de app.q.11. per tot. quem
vide, & de requiſitis ſubſtantialibus appellationis vide
eundem quæſt. per totam, cum ſuis articulis, & quæſt.5.
cum ſeqq.
229 Et quando appellationi expreſſe renuntiatur tam in-
terjectæ jam, puta; quando per tranſactionem, rece-
ditur à lite ad notata per DD. in l. poſtquam liti C. de
pactis, Lancel. ubi ſuprà d.c.12.in præfat.n.19. & faciunt
quæ Milis in verb. lis finitur fol. 215. Cravet. conſ.182.
videtur lib.4.num.1. DD. in l. ſi contra majores,C.de app.
Ancara conſ.16.viſo. Pariſ. conſ.47. videtur nu.43. lib.4.
Thaniſ. dec.5.incipit tranſactio quam proponendæ, ut ſci-
licet ſi pactum de non appellendo fuerit factum, nam
230 cùm valeat iſthæc renuntiatio, executionem ſententiæ
non ſuſpendit Guid. Pap. in tract. de appell. quæſt. 106.
Lancel. ubi proximè, nu. 20. vel quando fuit facta obli-

gatio de ſtando unicæ ſententiæ, quæ conventio de ju-
re valida reputatur, juxta text. in l.fi.C.de tempor.app. 231
ut eſt deciſio Rotæ 2. aliàs 287. licet appellationi, de
renuntiat. in novis, nota Franc. in interpoſita, §. illa de-
nique num.2. de appell. Felin. in c. ex parte, el 2. nu.6.
de reſcript. & in c. ſi diligenti nu.7.de for. compet. Pariſ.
conſ.34.n.25.lib.1.
Eſt denique ſciendum, quòd appellatio ab actu, & 232
ſententia nulla operetur ſuos effectus, cùm inconve-
niens conſideratur nullum, ab actu nullo appellari,
Franc. in c.dilecto,q.7.de app. & poſt Joan. And. Innoc.
& Hoſtienſ. ibi, & Doctores in l. ſi expreſſim. ff.de app.
notat Vitall. in tract. de clau. in clau. nihil novari rela-
tione pend. n.15. Alexand. conſ.130 ponderatis, ad ſi.l.3.
& in l.2. C. de bon.poſſ. contra tab. Lancelot. Robert. de
attent.2. part. c. 2. ampliat. 6. eſſe communem opinio-
nem refert Raphaël Cuma. in l. ſi expreſſ. 19. ff. de app.
& relatio, quem refert Alex. conſ.59 viſo titulo,ſub n.16.
lib.4. ubi de communi teſtatur,ſequitur Bredero. tract.
de appell. p.1. tit.12. col.38. ſub lit. D. verſ.contrarium,
exactè de communi dicens Sigiſmund. Scac. tr. de app.
q.17.lim.19.nu.2. cum ſeqq. ubi contrariam opinionem
& fundamenta recenſet quia jura tollunt neceſſitatem,
non facultatem appellandi; nam quotieſcumque nul-
litas non principaliter proponitur, ſed per viam appel-
lationis, executio & omnia ea pendente cenſetur at- 233
tentata, & revocanda veniunt, quia aſſumit naturam
ipſius appellationis, omniaque ſuſpendit, ut per text.
in c. exhibita de judiciis, &c. ſuper quæſt.in fi.de offic. de-
legat. concludit eleganter Franc. in d.c. dilecto 63. q. 9.
n.21. & 22. & in q. 10. ſub n. 32. verſ. ex his ſecundùm
Bald. Cuma. in d. l. ſi expreſſim. Vant. de nullis ſent. tit.
quot & quib.mod.nullit.prop.poſſit,num.34. Guid.Papæ in
tr.de appell.quæſt.81.per totam. Natt. conſ.217. ægrotanti
n.4.lib.1. Mynſing. ſing.obſer.cent.2.d.77. incipit. Vetus.
Neviz conſ.41. nu.37. & ſeqq. Socin. poſt alios per eum
conſ.10. inſignis, ſub num.12. lib.4. Gramati conſil. civil.
conſ.165. Cov. in pract.q.24. ſub n.6.verſ.ſed,& ſi verum
omnino foret, uſque ad fi. Henri. conſ.31.clem.venerabilis.
n.8.& ſeqq.lib.3. Brun.in tract.de ſtatu & conſtit.in verb.
nullitas col.antepend. fol. 184.verſ.3. hoc idem patet.Bred.
ubi ſuprà 1.p.tit.12.col.42. in prin.& colum.43. liter. B.
verſ.4. Scaccia ubi proximè n.12. 13. (& à princ.plures
hujus appellationis ab actu nullo recent.) Vant.in tract.
de null.tit. quot & quib.mod.nullitas, &c. num.34. verſ.
prout etiam,fol.380.Lancel.tr.de attent.2.p.c.17.ſub n.2.
& n.68. Cæſar Contard.in l. uni lim 7.n.53.verſ.cautius
& n.54. C.de momen.poſſ. Covarr. pract.q. c.24. ſub n.7.
verſ. ſed etſi verum, & iterum Scaccia de appellat. q.19.
rem.1. concl.4.n.82. Hæc de nullitatibus ſufficient, pro
noſtræ principalis regulæ & concluſionis (de qua ad
princ. hujus cap.) exemplis, alia infinita poteris videre,
in omnibus hujus tractatus capitibus, quibus propria
ſpecialiter adaptari fuit neceſſe.
Ex quibus omnibus duas potes elicere concluſio- 234
nes: altera quòd à ſententia ex aliquo capite, ſeu cau-
ſa notoriè nulla, etiam ſui natura privilegiata, & aliàs
inappellabili interjectæ appellationi non deferens
judex Eccleſiaſticus vim faciet, cùm hoc caſu ratio
appellandi ſit in promptu, ex ſupradictis à princ.hujus
capitis.
Secunda ſit concluſio,ut etiam,in cauſis ſui natura 235
appellabilibus, ſeu aliàs à ſententia privilegiata appel-
lationi minùs ſolemniter, aliterve nulliter interpoſitæ
non deferens judex violentiam nullam faciet; quæ
concluſiones, ut vidiſtis, procedunt ſive in judicialibus
actibus, ſive in extrajudicialibus, ſive in diffinitivis, ſive
in interloquutoriis.
Quibus obiter adjunge, quod ſententia lata contra 236
vel pro defuncto valet, quando procurator fuiſſet in
vita litem conteſtatus, & factus dominus litis,aut quan-
do ipſe mandator dominus ſatis dediſſet de judicato